



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 20. Emanuelis Theodosii Boullionii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

„sequiis intime sumus intenti, perenni
„cultu subscribimur &c.

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

Ex his literis non modo utriusque
Universitatis obedientia erga Pontificis
definitionem elucet, sed vel maxime
malæ Quesnelistarum deteguntur artes,
quibus suæ pervicaciæ socios & pa-
tronos, improspere tamen successu,
ubique emendicabant, uti ad annum
sequentem plura & indigna ejusmodi
molimina a Racheveto Syndico atten-
tata recenserebimus.

§. XX.

*Emanuelis Theodosii Boullionii Car-
dinalis obitus.*

Quam adversis novercantis fortunæ
injuriis agitato fuerit Emanuel
Theodosius Boullionius, jam supra re-
tulimus: hoc tandem anno mors om-
nibus ejus fatis finem imposuit. Erat
hic Princeps a teneris mente ad opti-
ma facili, & a vitiis aliena præditus,
accedebat felicitas ingenii, quod Phi-
losophicis & Theologicis disciplinis mire
excoluit, atque in jurisprudentiæ stu-
dio tantos fecit progressus, ut omnes
honores Academicos in Sorbona eme-
reretur. Tanti habebatur a Ludovico XIV.
Galliarum Rege, ut ab eo
pinguibus Abbatiis, & Regii Eleemo-

Vid. supra
t. 66. l. 212.
§ 92 p. 574.
Vit. Card.
t. 1. p. 201.

Sæc. XVIII. finarii dignitate auctus, ad ejus præ
 A.C. 1715. ces a Clemente IX. Purpura Romani
 decoraretur. Postea a Leodiensi Ca
 pitulo in Præpositum electus, & Clu
 niacensi Abbatix, totique Ordini præ
 fectus quo magis a Pontifice protege
 batur, eo majorem Regis indignatio
 nem sibi accersebat. Ut vero tranquil
 liore aura frueretur, ex Francia Ro
 mam venit; sed nec ibi a Regis ira ce
 terorumque æmulorum invidia tutus
 erat; quippe eo ferme momento, qui
 sacri Collegii Decanatum spe sua jam
 jam devorare cæperat, Roma ad suam
 Abbatiam Cluniacensem tanquam ad
 exilium reverti jubebatur; inter archi
 prehensus Cardinalis, Papam rogabat
 ut propter absentiam suam a Decana
 tus fors interim vacantis possessione
 non excluderetur, qua tamen gratia e
 denegata, Emanuel Urbe quidem
 excefferat, in Franciam tamen reverti
 renuit; igitur Capraolam delatus
 juvenem, quem a secretis habuit, una
 cum literis ad Regem ablegavit, expo
 nens, quod Gallicæ coronæ studio De
 canatus dignitatem sibi asserere coge
 retur, priusquam ad designatum exilii
 sui locum secederet, obtento autem
 hoc munere mox ad suam Abbatiam
 progressurus esset. Inde vero Rex im
 potentiori ira commotus, a Pontifice
 petit.

1715
 1715
 1715
 1715
 1715

petiit, ut Emanuelem utpote læsæ Ma- Sæc. XVIII.
 jestatis reum a Decani officio arceret, A. C. 1715.
 Cardinali autem Rex præcepit, ut in-
 tra novem dies Roma ad exilium suum
 pergeret, secus omnibus suis officiis &
 honoribus privandus: Ast Pontifex æ-
 quo durius cum Bullionio agi animad-
 vertens, eidem Decani dignitatem affe-
 ruit, datisque literis Regem pro eo
 deprecatus est. Sedente autem Cle-
 mente XI. Roma Cambrium in Sabau-
 dia secessit, ubi iterum a Rege jussus,
 tandem ad Cluniacensem Abbatiam
 contendit, ibique captivo similior vi-
 tam tædio plenam egit, editoque scripto
 suam agendi rationem vindicavit: ob-
 tinuit tamen in Franciam redeundi fa-
 cultatem, dummodo triginta leucis
 Lutetia abesset; primo igitur Diviodu-
 num, postea Aurelias, ac demum Ro-
 thomagum venit, Mentenoniæ autem
 invidia eum ubique insequente, in Bel-
 gium aufugit, quo comperto a Pari-
 sienti Senatu perpetuo exilio mulcta-
 tus, omnibus suis bonis & redditibus
 spoliabatur, ipse vero suam libertatem
 omnibus bonis potiozem habens, Ro-
 mam reversus est, ubi Pontifex Par-
 lamenti sententiam contra Bullionium
 latam omnino irritam, nullamque de-
 claravit, eamque abrogari petiit, &
 Imperator eidem annuos triginta Im-
 peria-

Sæc. XVIII
A. C. 1715

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perialium millium redditus ex Belgii Ec-
clesiis assignavit, qua tamen liberali-
tate Bullionius haud potiri valuit; pau-
lo post enim acerbis pleuritidis dolori-
bus obrutus, die secunda Martii anni
ætatis septuagesimo primo Romæ de-
cessit, ob præclaras animi dotes beni-
gniore fortuna dignissimus.

§. XXI.

*Benedicti de Sala Cardinalis de-
cessus.*

*Guarnacc.
Vit. Pontif.
t. 2. p. 203.
Vit. Card.
l. c. p. 211.*

Alter ex Cardinalibus hoc anno de-
natis erat Benedictus de Sala no-
bilis Hispanus, qui sub Parentum dis-
ciplina, & Magistrorum præceptis ex-
cultus, num plus laudis habuerit ex
pietate, an literarum præstantia, do-
bium reliquit: Annum agebat ætatis
duodecimum, cum jamjam sanctioni-
vitæ desiderio incitatus, Ordini Bene-
dictinorum in Congregatione Cassinensi
nomen daret, atque in Monasterio B.
Virginis de Monte Serrato solemnibus
votis sese Deo obstringeret. Jussu suo-
rum Superiorum Philosophiam & Theo-
logiam in pluribus Ordinis sui Colle-
giis multos annos docuit, in ipsa Uni-
versitate Salmanticensi Doctoratus lau-
rea decoratus, & in eadem publicus
Theologiæ Professor declaratus. Tanta
ind